



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

Et pensionis, quam respectu numeri bebularum, non potest agi de nullitate, sed propter lesionem, & damnum debet restitui in integrum peti, ut est text. ibiq. glo. Abb. & alij in c. 1. de in integ. restit. gl. Abb. Imo. ex eoque Doc. in c. ad nostram. per illum text. de rebus eccle. non alien. & est gl. in c. sine exceptione. 12. q. 2. quare cum in casu nostro pars aduersa in lesione ecclesie se fundet, debuit agere remedio rescissorio restitutionis in integrum, non autem de nullitate, p. ut egit. & hac est realis responsio, magniq. fundam. tum principale meorum, qui quoad hoc iudicium nullitatis sunt absoluenti, referuato ipsi ecclesie iure petendi restitutionem in integrum. ¶ Non obstat ultimum, quo dicitur, q. contractus, & concessio ipso iure non tenent ex defectu potestatis concedentis, qui defectus est maximus. arg. l. fin. C. si a non compet. in di. & per totum in cle. 1. de sequestra. poss. & fruct. quia re- spondetur, q. deductis in processu contrarium ap- pareret, nam producta fuerunt facultates Reuerendiss. Dom. Gubernatoris illius temporis, cui a Papa huius modi potestas consentiendi, & interponendi auctori- tatem in alienationibus, & concessionibus rerum ec- clesiarum fuit specialiter concessa. Et ex his iudicio meo dubia proposita resoluta videntur. Laus Deo.

S V M M A E.

Reverendissima solita in emphyteosim perpetuam locari, si ob emphy- teosim finitam sit ad ecclesiam reverenda, potest de novo absque iu- ris solemnitate, et absque alia causa in emphyteosim eodem mo- do locari.
Et si magis pro maiori pensione, num. 4.
Et an, & quando pro eadem, vel minori, vel maiori pensione, num. 3.
Et an hoc sit ecclesie utile, num. 5.
Et an plus offerenti, an vero ei, qui iustam, & convenientem pensio- nem offert, sit locanda, num. 6.
Cum in hac sententia sic locari non potest, num. 9.
Emphyteosim perpetua dicitur multipliciter.
Ecclesia si in damno morari non debet, ita nec in lucro cum al- terius iactura.
Bar. in c. de rebus. C. de sacros. eccl. declarat.

E P I T O M E.

Locatio in emphyteosim absque iuris solemnitate facta de re ecclesie solita sic locari, & ad ecclesiam ob emphyteosim finitam devoluta valet, maxime si pro maiori pensione facta esset.
Si que locare dicitur esse ecclesie utile.
Et locatio facienda est illi, qui iustam, & convenientem pensionem offert, dummodo non minore, quam locari solet, quamvis alius maiorem, sed non iustam neque convenientem pensionem offerret.

C O N S I L I U M LXXXVI.

Ita sunt, super quibus fui requisitus, ut me- am vellem breviter sententiam dicere. Pri- mum, an fundus ille, de quo agitur, possit per capitulum absque iuris solemnitate in emphyteosim locari. Secundum, an ecclesie expediat sic locare. Tertium, cui magis sit locandus ex iis, qui offerunt se ielle cōducere, cum aliqui plus, & aliqui minus offerant. Quoad primum secundum ea, quae mihi in facto proponuntur, videlicet, q. hic fundus solitus esset locari in emphyteosim perpetuam, quae fuit finita, & consequenter fundus ad ecclesiam fuit reuersus, & devolutus, absque multiloquio ¶ videtur de iure concludendum, q. fundus predictus per capi- tulum ecclesie absque alia solemnitate à iure requisita, & absque alia causa possit in emphyteosim locari, ut est bonus text. ibiq. glo. & Doct. in c. 1. extra de feus-

dis. & hoc voluit Bart. in authen. qui rem. C. de sa- cros. eccl. Ad idem facit, nam quamvis praelatus ec- clesie filius, seu consanguineus suis non possit res ec- clesie in emphyteosim concedere, vel aliter aliena- re, ut in c. episcopus. 10. q. 2. & c. quisquis. 12. q. 2. tamē si res alias in emphyteosim locari consueverat essent, po- test illas filius, seu consanguineus suis cōcedere eo mo- do, quo cōcedi solita erant, & pro maiori, seu pro ead- em pensione, sed non pro minori, & ex hoc ecclesia non laeditur, ut voluit Arch. in d. c. episcopus. & ita di- cit Bal. post Bar. in auth. quibuscumque. C. de sacros. eccl. at in casu nostro agitur de concedendo, seu lo- cando in emphyteosim non pro minori, sed pro ma- iori pensione, ergo &c. Quod autem fundus in casu nostro in emphyteosim perpetuam concedi solitus esset, praesupponitur in facto, & probatur etiā, quia ad uitam concedi consuevit, & ¶ emphyteosim perpetua dicitur multipliciter, veluti declarat gl. 1. §. perpetua. 10. q. 2. & in authen. si quas. C. de sacrosan. eccl. & ha- betur per Specul. in titu. de loca. §. nunc vero aliqua, quem allegat Abb. in c. nulli. de rebus eccle. non alie- nā dicitur perpetua, quae sit usque ad triginta annos, item quae concessa est, ut duret semper, & in infinitū, & quandoque semper quoad tempus, & quoad suc- cessores, & quandoq. quoad tempus, & non quoad qualitates successorum, ut declarat Bal. in dicta auth. si quis. Itē perpetua dicitur, idest, donec solvatur pen- sio. l. 2. C. de iure emphyt. & §. adeo. In sit. de loca. Per- petua etiam dicitur, quae est concessa usque ad annos centum, & ultra iuxta l. annua. in fi. cum glo. & l. cum quidam. cum l. sequenti. ff. de annuis lega. Dicitur etiā perpetua emphyteosim, seu concessio, quae fuit cōces- sa ad uitam alicuius, seu in secundam, tertiā, vel quar- tam generationem iuxta no. per gl. in clem. 1. de re- bus eccle. non alien. argumen. l. 1. ff. pro socio. ¶ Pra- terea considerandum est, veluti est de mente Bart. in auth. perpetua. in 2. col. C. de sacros. eccl. ¶ q. quando ecclesia habet domos, seu praedia non ruinosa, & pro- pter imminens as alienum vult in emphyteosim cō- cedere, tunc debet concedere pro tanta, & maiori pē- sione, quae reperitur, facta subhaflatione, secundum quod habetur in auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. quando vero propter aliquam ecclesie utilitatē vel- let in emphyteosim perpetuam cōcedere, ut quia ec- clesie utilius esset sic concedere, tū propter remissi- ones non faciendas tum propter melioramenta, & ut res melioraretur, & tunc aut res est in eodem statu, in quo erat, quando ad ecclesiam pervenit, vel quoad fructus paulo plus, aut paulo minus excrevit, & pōt in emphyteosim concedi facta diminutione sextae par- tis pensionis solite, d. auth. perpetua. & d. §. perpetua. servata tamen solemnitate in alienatione requisita, si de nouo concederetur, & non esset solita in emphy- teosim dari, si vero solita esset in emphyteosim dari, absque solemnitate sic cōcedi posset. d. c. 1. de feudis. cum similibus preallegatis. Aut res non est in eodem statu, in quo erat, quando ad ecclesiam pervenit, sed est diminuta, vel eius redditus propter aliquem casū sunt diminuti: & tunc potest in emphyteosim conce- di pro extante pensione, considerato tempore, quo conceditur, absque alia diminutione: ita dicit Bart. in dicta authen. perpetua. Quando autem res non es- set diminuta, sed esset in eodem statu, vel meliori, & pro minori pensione locari consuevissent, & mo- do ecclesia, postquam ad eam res fuit reueria, vellet eam in emphyteosim perpetuam pro maiori pensio- ne concedere, tunc absque dubio poterit, ut colligi- tur ex iis, quae voluit Bartolus in dicta authen. qui rem, dicens ecclesiam non posse rem suam pro maio- ri pensione locari solita locare pro minori, & locatio non

non valeret, ergo expressè sentit, qd si pro maiori loca
re vellet, utique posset: sed in casu nostro capituli, si-
ue ecclesia vult pro maiori pensione locare, quam so-
lita esset, igitur &c. ¶ Quoad secundum, an ecclesia
expediat sic locare in emphyteosim, ex quo nulla illius
imminet necessitas, illi expedire ex predictis est con-
cludendum, & ratione utilitatis ecclesie permittum
est res sic concedi, arg. not. per glossam in summa. 12.
q. 2. & c. sine exceptioe. ead. cau. & q. & arg. c. vi. super.
de rebus eccle. non alien. in fi. Nam si res solite ab ec-
clesia in emphyteosim concedi, si ad ecclesiam reuer-
tatur, possunt pro eadem pensione, & cum iisdem qua-
litatibus absque aliqua solemnitate in emphyteosim
concedi. d. c. 1. de feu. cum gl. Bal. in d. auth. si quas. &
Bart. in d. auth. qui rem. A fortiori igitur pro maiori
pensione sic concedi, & locari poterunt, quoniam
hoc magis utile erit ecclesie, veluti est etiam de mē-
te Bart. in d. auth. qui rem. Preterea cum canones per-
mittant rem solitam in emphyteosim concedi, & ad
ecclesiam reuerfam denuo posse alteri in emphyteo-
sim pro eadem pensione locari. in d. c. 1. & fatentur
omnes, Et absq. solemnitate alias à iure requisita, ex
hoc inferitur, qd ecclesia utile sit sic locare in emphyteo-
sim. Et pro eadē pensione, alioquin non permittum,
sed prohibitum esse diceretur, arg. no. per glossam in
d. summa. & in d. c. sine exceptione. ¶ Quoad vltimū
cui fundus sit magis locandus, ¶ videtur, qd plus offe-
renti, & hac ratione res ecclesie sunt alienandæ facta
subhastatione. §. hoc ius. 10. q. 2. & in auth. hoc ius. C.
de sacros. eccle. Præterea dicit Bart. in d. auth. qui rē,
qā illis casibus gbus res ecclesie pōt in emphyteosim
concedi cum diminutione sextæ partis pensionis iux-
ta tex. in auth. ppetua. C. de sacros. eccle. si alteri pos-
set absque aliqua diminutione concedi, concedenda
res absque diminutione sextæ partis, & illis, qui plus
offert: ita in casu nostro dicamus, alioquin ecclesia
tanquam læsa esset reintegranda, & restituenda. arg.
c. 1. de restitu. in integrum, & habetur per Bart. in d. au-
th. qui rem. ¶ Quibus tamen non obstantibus, & ar-
bitror cōtrarium esse verius, qd concedenda sit illi, q
offert non minorem pensionem, quam res concedi
soleret, sed maiorem, & iustam, ac convenientē, quā
uis alius offerret maiorem, sed non iustam, neq. con-
venientem, habito respectu ad perceptionē fructuū.
Nec obstat, qd ecclesie, utilius esset rē locare illi, qui
plus dare vellet. d. auth. hoc ius. cum sim. quia respō-
deo satis esse utile ecclesie, qn locat pro iusta, & cō-
uenienti pensione, habita consideratione ad fructus
rei, & ad alia, que faciunt precium dici iustum, seu pē-
sionem convenientem, iuxta ea, quæ habētur p doct.
in c. dilecti. de empt. & vend. & in l. 2. C. de rescin. ued.
quamuis alius, uel ob affectionē, uel aliā causam suā
particularem offerret pensionem excessiuam, & quæ
fortē conducenti damno potius, quā utilis esset: nā
per hōi oblationem non dēt excludi ille, qui pē-
sionem iustā, & convenientē offert. Quinimmo ille est
cæteris preferendus, quoniā ecclesia, quæ est auctrix,
& cultrix iustitiæ, non dēt pati aliquid, nec contra se,
nec contra aliū iniuste fieri. c. 1. §. sed diuersum. de a-
lien. feud. & in terminis hoc voluit gl. in d. §. hoc ius.
10. q. 2. quæ mouet quæstionem, qd si quis plus offerat
quā res valeat, & sic precium iniustum, & inconue-
nientem non est illi res pro eo precio concedenda, sed
ecclesia iustum precium tantum recipiet, quia eccle-
sia in suis contractibus dolum facere, & committere nō
debet, dolumq. est duplex, uidelicet ex proposito, & re
ipsa, ad tradita per Doc. in d. c. dilecti. & in l. si quis cū
aliter. ff. de verb. oblig. & in casu nostro, & glo. in d. §.
hoc ius. diceretur dolum re ipsa. Item ¶ sicut ecclesia in
damno morari non dēt, ita nec in lucro cum alterius

iacitura, gl. est not. in c. 1. in ult. gl. extra de
grum. & faciunt no. per Alex. in c. in ciuitate
extra de usuris. Non obstant no. per Bar.
rem. nam respondetur primo, si per Bar.
do ageretur de locando rem de nouo in
sim, & sic qn res non esset solita sic locari
thē. ppetua, nos aut qn res esset solita loca-
nori pensione. Secundo loquitur Bar. in ter-
thē. perpetua, uidelicet quando in emphy-
cederetur propter necessitatem, hoc est
minens æs alienum, ut colligitur ex uerbis
auth. qui rem, iūctis no. per cum in d. §. aut
ubi ita illum textū intelligit, & declarat. Tercio
Bar. debent intelligi, quando is, qui plus offer-
fert plus iusta, & conuenienti pensione, sed
erat iustū, nec alteri damnosū dici poterat. de
dicta. Et eodem modo respōdeo textui in c. §. si
fli. in integrū. prout et ex not. ibi colligitur.
intelligo nonnullos offerre pensionem ex
geq. maiorem, quā alios cum pacto de
9 & francando rem ipsam pro certo pretio
lo modo fieri pōt, nam cum dicta res non
sic, & cum huiusmodi pacto locari, & ad
ueria fuerit, nō pōt alteri cum hac noua
cari, ut concludunt Bal. in d. auth. si quas.
auth. qui rem quasi circa finem. Preterea
cta cum tali pacto sapit omnimodam aliena-
nō solum utilis dominij, & naturalis possessio-
et directi dominij, atq. ciuilibis possessionis
pactū de francando, ut noluit Alex. in con-
Viso instrumento locationis. lib. 4. qui dicit
p tale pactū esse ecclesie multū p iudiciali
ad tria supra proposita breuiter sint dicta.

S

V

M

M

A

E

- 1 Locatio de re ecclesia facta lite pendente, item ab ali-
sus, & illegitimus detentor esse nulla. Quod
& 5.
- 2 Gestia uiliter per eum, qui se tanquam rector ecclesie
tali reputatur, & est in possessione ecclesie, tamen
saltem coloratum ab eo, qui ius conferendi habet
cessor, seu habens verum, & legitimum titulum
netur.
- 3 Prælati, vel rector agens nomine ecclesie, si est in
ne prælatus, et rector, exceptione, quod non sit
rector, non repellitur.
- 4 Titulum coloratum habens ab habente alias in con-
siam si uolenter sit ecclesie, potest interdictio uicari
possessionis restitutionem obtinere.
- 5 Lite pendente attentare, & inuolare non dicitur
possessionis, in qua erat ante litem motam, aliquid
possessionem continuare dicitur.
- 6 Simonie exceptioni nihil obstat ad inuolendam eccle-
quasi possessione prælatus, & rectoria erat.
- 7 Simonia non committitur ex cessione beneficii ex
fauorem cum reservatione certæ pensionis facta
pa, vel alterius facultatem huiusmodi cessionem
Papa habentis.
- 8 Præsentatus in absentia, nisi infra terminum iuris
ita fuit presentatio, se presentauerit, nullum in
ne, nec ex institutione sequuta acquirit.
- 9 Idem, si per literas, aut procuratorem patroni
fuerit.

E P I T O M E

LOCATIO in emphyteosim de re ecclesie
ita ab eo, qui se pro rectore gerebat, & tamen
reputabatur, & in possessione ecclesie erat
ab habente ius conferendi ecclesiam habere
nec pendencia litis mota, postquam is in
fione fuit, obest.

Et successor, aut nerum, & legitimus
bens illi stare tenetur.